

**775** In 1828 recently taken out of a house at Greenhead, but it was known to have been brought from the Roman wall, a little to the east of Thirlwall castle HODGS. Nunc in Holmhead prope Thirlwall castle, built, upside down, into an outhouse BRUCE.

CIVITAS  
DVMNON

Hodgson 2, 3 p. 136. 142. 204 cui dedit Ioh. Thompson; Bruce wall p. 250, lapid. n. 337 (inde C. R. Smith collect. ant. 2, 1852 p. 175; B. Poste Brit. researches p. 93).

2 DVMNONI Hodgs. contra lapidis imaginem a Brucio datam.

Ex Taciti in Agricola testimoniis quibusdam, praesertim ex oratione Calgaci (cap. 31 *hi per delectus, alibi servituri, auferuntur*; cap. 32 *in ipsa hostium acie invenimus nostras manus: agnoscent Britanni suam causam*), antiquarii Britanni gentes aliquot in meridionalibus insulae partibus degentes, veluti Dumnonios (supra cap. I), inde a primis provinciae annis in regiones septentrionales deductas ibi ad opus valli perficiendum adhibitas esse existimaverunt una cum militibus. Atque gentes regionum meridionalium aut migrasse in septentrionales aut ibi collocatas esse a Romanis non negaverim; Damnonii enim Ptolemaei in Caledonia agentes (2, 3, 9) fortasse non diversi sunt a Dumnoniis redeuntque oppidorum nomina in Caledonia iam ex Britannia nota (Οὐδέλλων 2, 3, 8 cf. Οὐδέλλα 2, 3, 30; Λύδων 2, 3, 9), item fluviorum. Eorum vero titulos hosce vix credo memoriam servasse; magis putaverim eiusdem originis milites, qui in cohorte aliqua in vallando occupata una meruerunt, lapidibus hisce (n. 775. 776) coniuncti operis memoriam conservare voluisse. Similes sunt, qui infra proponuntur, tituli n. 863. 897.

civitas Dumnoniorum)

**776** At Glenwhelt a. 1783, but found near Carvoran BRAND. Now at the Shaws HODGS. In Rockliffe prope Carlisle, apud Gill Mounsey Esq. BRUCE.

CIVITAS  
DVMNI

Brand Newcastle 1 p. 612; Hodgson 2, 3 p. 136. 142. 204; Bruce wall p. 250, lapid. n. 336 (inde C. R. Smith collect. ant. 2, 1852 p. 175; B. Poste Brit. researches p. 93).

civitas Dumni(oniorum)

**777** Carvoran, in the yard of the farm house HUTCH. Built up in the east end of Mr. Carricks stable at Carvoran, in 1810 una cum n. 796, and before that time had an inscription between them, which Mr. Carricks son gave to Mr. Gibson, of Redesmouth HODGS. (v. infra n. 778). Servatur in Newcastle in museo; lapis longus est ped. 1 dig. 8, altus dig. 6. Litterae in tabella ansata scriptae.

COH · I · BAT  
VORVM s F

Contuli. Hutchinson Northumb. 1 p. 18 (inde Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 3; Hodgson 2, 3 p. 141 III 1); Hodgson 2, 3 p. 141 III 3; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 257, catal. p. 37, 118, wall p. 244, lapid. n. 331.

Hutchinsonis exemplum hoc est COH VI | VORVM F STI; tamen non videtur agi de titulo diverso. 1 BATA Hodgs. 2 VORVM videtur in lapide esse; sed mihi visus est voluisse lapicida VORVM. In fine post F neque ego neque Hodgson et Bruce quicquam vidimus eorum, quae Hutchinson dedit.

De cohorte I Batavorum dixi in praef. cap. XLVII.

**778** Carvoran, ubi a. 1807 descripsit Lingard. As Mr. Gibson accompanied him (Dr. Lingard) in his tour of that year, it is, I suppose, the inscription which he procured of Mr. Carricks son HODGS. (v. supra n. 777).

COH · V  
D · VAL · MAXIMI

Hodgson 2, 3 p. 141 (Bruce lapid. n. 334).

**779** In the collection at the Shaws, near Gilsland, in 1833, and supposed to have been brought from Carvoran HODGS. Nunc in Rockliffe prope Carlisle, apud Gill Mounsey Esq. BRUCE.

COH · X · F  
NORICI

Hodgson 2, 3 p. 295; Bruce in schedis, lapid. n. 333.

coh(ors) X o(centuria) F(lavi) Norici

**780** Carvoran. Doorstep of a cottage beside Thirlwall castle. Periit nuper.

COF // // // // // // // // // // C  
MGN P CC

Bruce in schedis, lapid. n. 335.

coh[ortis ... centuria] Magn(i) p(edes) CC?

**783** In the collection at the Shaws, near Gilsland, in 1833, and supposed to have been brought from Carvoran.

CH...E  
NSEN I

Hodgson 2, 3 p. 295. Non recte lecta.

**781** Carvoran, in the yard of the farm house HUTCH. Inde asportaverat BRAND, postea per Hodgsonem in Ryton apud Thorpium; nunc in Newcastle in museo. Lapis quoque versus ped. 1 dig. 1.

7 MAR  
ANTC  
VIATC  
G · S · F ·

Contuli. F. Swinhow gent. mag. 22, 1752 p. 107; Hutchinson Northumb. 1 p. 18 (inde Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 5; Hodgson 2, 3 p. 141); Brand Newcastle 1 p. 613; Hodgson 2, 3 p. 142; Bruce in schedis, lapid. n. 338.

Hutchinsonis exemplum hoc est IMP | ANTON VIAR... | Q · S · P ·, malum omnino.

3 VTATO Swinhow, VIATO Brand, qui solvit viatoribus gratia sua fecit. 4 o s Swinhow. Quid G · S litterae, quae videntur certae esse, significent ignoro.

o (centuria) Mar[ci] Anto[ni] Viato[r]is].... f(ecit)

**781a** Inter titulos in Netherby servatos. Lapis longus dig. 19, altus 10.

D ACILIANI

Hutchinson Cumberl. 2 p. 536 tab. 3 fig. 38.

Hic collocavi coniectura incerta propterea quod una cum n. 786 item incerta proponitur ab Hutchinsone.

**782** Carvoran, in the yard of the farm house HUTCH. Ibi descripsit Lingard, qui addit 'brought away by Dickson' HODGS. Servatur in Newcastle in museo; litterae in tabella ansata scriptae.

D CLAVDI  
P · R · XXX · S ·

Contuli. Hutchinson Northumb. 1 p. 18 (inde Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 2); Dickson first report of the soc. of antiq. of Newcastle p. 39 (Archaeol. Ael. 1, 1822 donations p. 1), Hodgson 2, 3 p. 142; Bruce Archaeol. Ael. 1; 1857 p. 243, catal. p. 23, 73, wall p. 417, lapid. n. 344.

1 CLAVDE (om. 7) Hutch. 2 om. Dickson, LXXX Hutch., LXXXS Hodgs., R · XXX · S · Bruce catal., P BXXX S<sup>r</sup> idem wall. Quod dedi mihi visum est in lapide esse. Cf. n. 789.

o(centuria) Claudi p(edes) r(etro?) XXX s(emis)